



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatum Serie Vigessimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De vnitate matrimonij. Pun. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

12. Parocho autem, vel alteri Sacerdoti de eius licentia assilenti matrimonio omittis culpabiliter denunciationibus triennalis suspensio ab officio iudicanda est ex Textu in c. fin. de claudesi. de sponsar. ubi suspensio dicitur, quod verbum non latam sententiam, sed ferendam indicat, vt aliis relatis probat Sanch. disp. 48. num. 2. Gutier. c. 73. num. 13. Basl. lib. 5. cap. 37. n. 11.

13. Eandem poenam extendit Sanch. quotiescunque in matrimonium a iure interdictum, quae est si vagos absque Ordinarij licentia coniungat, contempseritve similes conditiones impedire. Sed oppositum verius credo nam Textus in c. fin. tantum loquitur de matrimoniis, quae ob suspicionem impedimenti dirimentis interdicta sunt. Illud vero tenendum omnino est praedictam poenam suspensionis non incurere Parochum, vel alium Sacerdotem matrimonio assilenti abique sufficienti numero testium, quia non assilenti matrimonio cum nullum sit, sed loco suspensionis in dicto c. fin. imponitur arbitrio Ordinarij puniendus est, vt optime aduertunt Sanch. Gutier. Basl. & Coninch. loc. cit.

14. Ab hac autem triennali suspensione ab Episcopo imposta posse ipsum Episcopum absolueri docuerunt Hostiensis. Ioann. Andr. n. 11. Praepos. n. 12. Bartholom. a Led. dub. 21. de matr. post 6. concl. Tum quia Episcopus eam imponit, commune autem est censuram tollere posse qui eam imponit. Tum quia non est referata in d. c. fin. A censuris autem non referatis potest Episcopus absolueri ex Textu in c. super de sentent. excommunic. Tum denique quia ita Trident. sess. 24. c. 6. de reform. conceditur Episcopis potestas, vt ab omnibus censuris etiam referatis Summo Pontifici possint absolueri in foro conscientiae. Sed relictis alij Doctores hanc potestatem Episcopi denegant, vt pluribus comprobant Sanch. lib. 3. disp. 48. n. 2. Gutier. c. 73. n. 22. Basl. Ponce, lib. 5. c. 37. n. 11. eo quod illa suspensio triennalis a Concilio generali lata sit, ac proinde ab ipso Concilio praefinitum est tempus, quo suspensio durare debet. Nequit ergo Episcopus qui inferior est legem a Superiore latam relaxare. Secus vero est in censuris in illo determinato tempore praefinitis, in quibus Episcopus dispensare poterit, quia nihil contra Superioris legem agit, cum Superior solum tulerit censuram, non autem declarauit tempus, quo debet ligari. Et ex his soluitur ratio dubitandi: non enim ab Episcopo lata est triennalis suspensio tanquam a principali, sed tanquam a ministro Concilij generalis, idcirco nequit eam relaxare, neque in omnibus censuris potest dispensare etiam sponte Trident. concessione, sed solum in his, quae nec publica fuerint, neque ad forum exterius deductae: haec triennalis suspensio cum non incuratur ipso facto, sed per sententiam Iudicis, iam est censura publica, ad forumque exterius deducta.

15. Verum si Parochus, vel alius Sacerdos sine legitima facultate matrimonio non sibi subditorum assilant, aut nuptias sponso benedicere ausus fuerit, tam diu suspensio est ab officio, & beneficiis quousque Ordinario illius Parochi qui debebat assilere visum fuerit, vt expressè habetur in dicto de cetero Trident. Et tradunt Sanch. Gutier. & Coninch. supra. Aqua suspensione excusat ignorantiam modè crassissima non habet vt bene Sanch. num. 7. Gutier. num. 6. Testes vero assilentes matrimonio absque Parocho, & assilentes matrimonio in quo denunciationes fuerint culpabiliter omittit arbitrio Ordinarij puniendi sunt, vt bene tradit Sanch. disp. 46. n. 7. Gutier. cap. 73. num. 22.

3 Illicium fuit a principio plures habere uxores, tametsi in lege antiqua fuerit dispensatum.

4 Qualiter hac dispensatio subsistere potuit?

5 Lege Evangelica abrogata est concessio plurium uxorum.

1. Vnitati matrimonij non obest, quod dissoluto vinculo matrimonij morte vnus coniugis aliud matrimonium contrahatur quia ille contractus est vnus cum vna, verumque habet illud Genes. 2. Erunt duo in carne vna, sicuti pluribus exornatur aduersus aliquos haereticos Bellarm. lib. 1. de matr. c. 9. Sanch. lib. 7. disp. 81. Coninch. disp. 26. dub. 1. n. 2. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. c. 6. q. 2. Neque his obest quod secundis nuptiis denegentur benedictiones, non enim denegantur, quia illicite sunt, sed ne repetita benedictiones valeant. Neque item obest quod in Concil. Laodiceno, can. 1. imponatur poenitentia ad secundas nuptias transuentibus, quia haec imponitur ob eorum praesumptam intemperantiam. Neque denique obest, quod sic transuentes afficiantur irregularitate, ea namque afficiuntur, quia eorum matrimonium deficit a perfecta significatione coniunctionis Christi cum Ecclesia. Quare vnitati matrimonij solum obstat, si vir vnus plures uxores simul habeat, & a fortiori si vnica vxor plures viros.

2. Et licet aliqui haeretici licitam esse polygamiam plurium vxorum simul asserant: at Catholica veritas definita in Trident. sess. 24. can. 2. id non permittit, inquit enim Trident. Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla Diuina lege esse prohibendum, anathema sit. Quippe Christus Dominus in Mattheo 19. decidit adulterum, qui si vnica prima vxore aliam duxerit, non esset adulter, si vnica prima vxore plures ducere posset, sicuti tradit Bellar. uente prima vxore plures ducere posset, sicuti tradit Bellar. uenti. lib. 1. de matrim. c. 10. Gregor. de Valer. disp. 10. min. lib. 1. de matrim. c. 10. Gregor. de Valer. disp. 10. min. & alij communiter.

3. Quinimo ex Diuina lege a principio mundi publicata illicium fuit plures simul habere uxores, vt constat ex illo Geuec. 2. Erunt duo in carne vna. Si enim vir plures habere simul uxores posset, non diceretur plures in vna carne diuidentur, vt optime colligit Innocent. III. in c. gaudeamus 8. de diuortio. In qua lege, cum Israelitico populo dispensatum fuit, eo quod exigua erat, vt multiplicaretur. Vt supponitur Deuter. 21. Et colligitur tum ex dicto c. gaudeamus, de diuortio, tum ex exemplo Isaac, Iacob, David, alisque sanctissimis Patriarchis, qui plures simul uxores habuerunt, quod nullatenus noceret, si aduersus legem Diuinam procederent, vt latens tradit Hieronym. in epist. ad Oceanum. Et August. optime de doctrina Christiana, c. 12. & habetur c. obicitur, 32. Neque his obest, quod sola vnica appelletur vxor, reliquae vero concubinae dicantur, quia id factum est, vt indicaretur primam assumptam esse tum ad proles generationem, tum in familia gubernationem; reliquas vero solum ad prolem generandam. Praeterquam quod saepe concubinae uxores appellabantur, vt constat ex illo Genes. 16. & 25. n. 1. & 6. & Iudic. 19. vbi vnica vxor Leuitae concubina dicta est. Exemplo igitur Israelitici populi gentiles plures accipiebant uxores, non quia cum illis esset dispensatum, sed quia licitum sibi esse credebant ob Israelitici populi exemplum, vt colligitur ex c. 26. & 28. Genes. & notat August. lib. 16. de ciuit. c. 38. & lib. 21. contra Faustum, c. 47. de quo Coaruu. 2. p. decr. c. 7. §. 3. & n. 1. Sanch. lib. 7. disp. 80. & n. 1.

4. Difficultas autem est. Qualiter hac dispensatio potuit subsistere? Nam esto aliqui Doctores, vt Abulen. 1. Reg. cap. 8. q. 2. Durand. in 3. dist. 3. q. 1. Palacios ibi, disp. 1. Caiet. c. 16. in Genes. & 1. ad Tim. 3. in illa verba: Oportet Episcopum esse vnus vxoris virum. Et Marc. 10. Quicumque dimiserit vxorem, &c. Venerunt. 2. p. specul. art. 15. censent non naturali lege, sed tantum Diuina pluralitatem vxorum interdicti, quibus fauet August. lib. 16. de ciuit. Dei c. 38. dum inquit pluralitatem vxorum nulla lege fuisse prohibitam scilicet naturali: a tamen eorum sententia defendit non solum Diuina lege, sed naturali pluralitatem vxorum prohiberi, vt videtur est apud Coaruu. 2. p. c. 7. §. 3. Bellarm. lib. 1. de matr. c. 106. n. 1. Coninch. disp. 26. dub. 2. & num. 13. Basl. Ponce, lib. 7. cap. 46. & num. 2. Paul. Laym. lib. 5. tract. 10. 3. p. c. 6. q. 2. Gasp. Hurado disp. 9. difficult. 1. n. 3. & alios: & colligitur ex c. gaudeamus de diuortio, ubi: Nemini vnquam licuit plures habere uxores, nisi cui fuit ex Diuina reuelatione concessum. Quippe pluralitas vxorum libidinem fouet, vt de se constat proles generationem minuit saepe, vt contingit in Salomone; concupiscentia vxoris non satis consulit, cum vir in alias diuisus minus potens sit debitum reddere, socialem cohabitationem labefaciat: non enim integrè cum viro domina, & gubernatrix familiae constituitur, rixas, discordiasque inter uxores excitat: tum ob zelum typiam amoris, tum quia quaelibet praetendit domus gubernationem integrè sibi deberi: tollit aequalitatem huius contractus; siquidem quaelibet vxor integrè se tradit viro, secus vir cum

DISPUTATIO III.

De bono coniugij, illiusque ratione.



ONIVGVV plura secum affert bona, de quibus S. August. librum edidit, cuius titulus est de bono coniugij, ea tamen sub iis capitibus comprehenduntur, quod sit vnus non plura, illudque insolubile, aptum ad sobolem gignendam, concupiscentiam sedandam, patiens obligationem coeundi, similitudine habitandi. De quibus omnibus sigillatim dicemus, ac tandem qualiter matrimonium, quod a principio irritum, & nullum factum est, ratificari possit.

PVNCTVM I.

De vnitare Matrimonij.

- 1 Vnitati matrimonij non obstat, quod dissoluto vinculo per mortem alius contrahatur.
- 2 Vnitati matrimonij obstat pluralitas vxorum.

cum in plures diuidatur. Econtra vir integre familiam gubernat, sed uxor, quae omnia ostendunt naturali iuri, & legi pluralitatem vxorum aduersari. Quo supposito,

Omissis aliis dicendi modis placet mihi quem tradit Sanchez, Egid. Basil. Hurtado, Paul. Layman. loc. alleg. videlicet Deum ipsum penes quem nostrorum corporum est dominium non aliter potestate copposit ad vsum generationis concessisse, nisi medio coniugio vnus cum vna ob supradicta inconuenientia: ac ob fauorem Israelitici populi de quo natus erat permisisse, vt vir se dimidiare cuiuslibet vxori traderet, cum tamen vxor viro integre tradita sit. Neque enim rationi naturali aduersatur ob aliquem honestum finem pericula aliquorum damnorum permittere. Si enim Deus occisionem innocentis, & bonorum alienorum acceptationem concedere potest ob aliquos honestos fines: quia tum nostrorum bonorum, tum vita dominus est, quare non poterit vsum corporum in matrimonium hoc vel illo modo concedere? Quae concessione facta omnis inordinatio cessat. Ex quo fit non solum potuisse Deum concedere matrimonium vnus viri cum pluribus vxoribus, sed plurium vxorum cum vno viro, vt bene comprobant Sanch. Coninch. Basil. Hurtado & Laym. supra, tamen hoc nunquam concessum sit.

Illud vero est certum a lege Euangelica concessionem plurium vxorum concessisse, vt constat ex illo Matth. 5. & 19. vbi Christus Dominus matrimonium requirit ad primam sui institutionem, & constat ex cap. gaudemus, de diuortio. Et ex id. sess. 24. can. 2. & diximus supra. Deinde est certum non esse Pontificem in hac vxorum pluralitate dispensare, cum non potest esse dominus nostrorum corporum, neque Christus Dominus hanc illi potestatem concessit, neque vlla huius concessio congruentia apparet, vt omnes Doctores tradunt.

## INCTVM II.

### De matrimonio indissolubilitate.

#### I.

Quale sit matrimonium legitimum, ratum, & consummatum; & quo iure sit indissolubile?

1. Quod sit matrimonium ratum, & consummatum, expenditur.
2. Copula extra bimestre, & etiam intra bimestre vi extra consummat matrimonium.
3. Si intra bimestre consummatio fiat non impeditur a religionis ingressu.
4. In foro externo matrimonium censetur consummatum, quando sponsa non virgo tradita est in haecum viri.
5. Matrimonium ratum, vinculum est perpetuum, & indissolubile ex se.
6. Quo iure habeat hanc indissolubilitatem?

1. **C**um matrimonium ratum ex pluribus causis dissolui possit, vt videbimus, & matrimonium consummatum si sacramentum sit sola morte coniugis dissoluitur, praemittendum est quod sit matrimonium ratum, quod consummatum. Ratum matrimonium appellamus, quod baptismo suscepto legitimo contrahentium consensu perficitur nulla carnali copula subsequuta. Dixi baptismo suscepto, nam ante baptismum, esto infidelium matrimonium dicatur legitimum, ratum tamen non appellatur, vt docuit Innoc. III. in c. quanto de diuortio ibi: Nam et si matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum; inter fideles autem verum, & ratum existit matrimonium, quia sacramentum fides, quod semel est admissum nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugij sacramentum, vt iam in coniugibus illo durante perduret. Et tradit Magist. in 4. d. 39. quaest. ult. Paludan. ibi q. 1. concl. 3. Richard. art. 1. quaest. 2. Maior qu. 1. vnica. Alen. 4. part. quaest. 9. memb. 5. art. 2. §. 1. quaestione. 2. ad argumenta Antonia. 3. part. tit. 1. cap. 6. & alij. Neque desinit esse ratum tantum ex eo quod vir vas foemineum penetraverit, si tamen intra illud semen non effuderit, quia vsque semen ibi effusum sit, non efficiuntur coniuges vna caro, vt colligitur ex cap. lex. 27. quaest. 2. quippe matrimonium ad generationem ordinatur, debet ergo consummati copula generationi apta, quae nullatenus est absque seminatione, vt pluribus firmat Sanch. d. disp. 21. n. 5. Gutier. c. 54. n. 24. Quapropter vt matrimonium consummatum sit, necessarium requiritur, & sufficit, vt vir intra vas foemineum seminauerit, tamen factum fuerit absque vasis foemineae penetratione. Etenim ea copula generationi sufficit, & coniuges vna caro efficiuntur, vt ex communi sententia docet Syluest. verbo Matrimonium, quaest. 15. dicto 2. Dominic. Sot. in 4. d. 27. quaest. 1. art. 4. vers. causa. Gregor. Lopez, leg. 5. verbo carnalitate, tit. 6. part. 4. Sanch. lib. 2. disp. 21. num. 2. Gutier. de matr.

cap. 54. num. 21. Neque ad hanc consummationem opus est quod foemina seminauerit, nam esto aliqui Doctores, quorum meminit Sanch. d. disp. 21. n. 11. non improbabiler asserant semen foemineum generationi necessarium esse, & consequenter matrimonij consummationi, contrarium communi Doctorum sententia firmatum est, teste eodem Sanch. & Gutier. loc. alleg. quibus fauet Francisc. Suar. tom. 1. in 3. part. quaest. 32. art. 1. disp. 10. sect. 1. affirmans ex sanguine a foemina ministrato generationem confici. Debet autem haec copula matrimonium consummans subsistere eius contractum, non precedere. Nam copula precedens matrimonij contractum matrimonialis non est, sed fornicaria. Non igitur consummare matrimonium potest, vt optime probat Conar. in 4. decret. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 15. & 16. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praes. 1. Nauarr. cap. 21. n. 84. Sanch. disp. 21. n. 11. Gutier. cap. 54. num. 25. Neque obstat, quod filij ex copula fornicaria nati subsequenti matrimonio legitimum, cetera, qui filij sunt legitimi, quia id factum est in fauorem prolis, quae non deliquit.

2. **Q**uestio est, An sufficiat copula, vt vel metu extorta ad matrimonium consummandum? Et quidem si copula sit post bimestre datum ad deliberandum de religionis ingressu, matrimonium consummare, ita vt neutri liceat ad religionem transire, fatentur se omnes Doctores, vt refert Sanch. lib. 1. disputat. 22. num. 1. Gutier. de matr. c. 54. n. 16. Quippe ex nullo capite impediti potest consummatio, maxime nulla subsistente causa denegandi debitum peritum, sicuti nulla est transactio bimestri. At si copula intra bimestre extorquetur, etsi aliquibus videri possit insufficientis ad consummandum matrimonium, communi sententia contrarium firmat cum Sanch. & Gutier. loc. alleg. Et Coninch. disp. 26. dub. 1. n. 53. eo quod efficiuntur vna caro, & debetum de bigamis, haec accessus non ad alienam, sed ad propriam, nasciturque ex tali copula affinitas, & discretionem de eo qui cognouit sanguinem, cum Negatiue non potest ex parte viri sufficientem esse ad matrimonium consummandum, siquidem est liberè facta. At consummatum matrimonio ex parte vnus, necessarium est ex parte vnusque consummatum est, quia est vnicum vinculum respectu duo extrema.

3. **I**nde tamen inferunt Ioann. Andr. in reg. qua. contra in. de Regul. iur. in 6. Cardinal. in cap. 2. q. 2. de conuers. coniugij. Prapost. in cap. fin. §. 5. dist. Syluest. in sum. verbo diuortio, q. 1. & ibi Armilla n. 6. Gregor. Lop. in leg. 4. in fine tituli, part. 4. Gutier. c. 54. num. 28. & 29. vxorem non posse religionem ingredi, quia talis ingressus ante consummationem permissus erat sed non matrimonio consummato. Rectius tamen sentit plures referens Sanch. dicta disp. 22. num. 6. & 13. Coninch. disp. 26. dub. 2. num. 13. posse religionem ingredi, sicuti poterat ante consummationem, quia aequum non est, vt licentia facultas a iure concessa de religionis ingressu absque facta conueniatur. Argum. cap. discretionem ad finem, de eo qui cognouit sanguinem. Adde ob adulterium, haec crimina, & est coniux innocens religionem ingredi, ergo poterit ob hanc iniuriam, quae matrimonio contraria est. Percedens tamen, & potest si damnium graue proli sequatur ex eius ingressu, sicuti notant praedicti Doctores. Sponsas vero qui copulam vt ex se nullo modo potest religionem intrare reuocant sponsas, quae ex parte eius matrimonium liberè consummatum est, ac proinde cessit iuri ingrediendi, vt bene aduertit Sanch. d. disp. 22. num. 8. & 9.

4. **I**n foro autem externo matrimonium consummatum censetur, quando sponsa non virgo tradita est in domum viri, praesumuntur enim se cognouisse, neque illis in contrarium creditur, etsi iurent. Argum. cap. super eo, de eo qui cognouit sanguinem, vxor, sicuti docent Bald. in leg. Dea, in primis numero 7. Cod. de Episcop. & Cleric. Hostiens. in summa de conuers. coniug. num. 9. vers. quod si quis. Ancharan. in c. publico de conuers. coniug. num. 3. Sanch. lib. 2. disp. 21. num. 1. & 2. Gutier. c. 14. in fine. Si tamen virgo erat, & postmodum aspecta sic appareat, tamen in domum viri fuerit tradita, creditur matrimonium non consummatum, quia quilibet praesumptio cessat visu contrarium probante, vt bene relati Doctores docent.

5. **Q**uoad indissolubilitatem attingit nemini est dubium, matrimonium etiam non consummatum ex se vinculum esse perpetuum, ita vt libero contrahentium consensu nequeat dissolui, vt colligitur ex illo Genes. 2. Propter hanc remanet homo patri & matri, & adherent vxori suae, & erunt duo in carne vna. Et ex illo Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separaret. Et ad Rom. 7. Mulier viuenti viro alligata est legi. Et tradit Gregor. in c. fin. de conditionib. appost. Et Tridentin. sess. 24. in princ. de reform. matr. Et ratione ab incoactu coniungitur. Si enim matrimonium libero contrahentium consensu contrahitur, & solui potest sicut alij contractus, multum fornicationis facile quod vitare possent accessus ad propriam, quam vt talem solum pro eo tempore accepit. Quod nullatenus est dicendum. Est igitur omnino certum, & omnium sententia firmatum quodcumque matrimonium indissolubile esse.